

*Prob. primo  
verfolia.*  
pra dictum verum, actus autem est verus entitati, veritate transcendentali.

Probatur vero nostra resolutio primo. Illa est veritas transcendentalis, qua consequitur entitatem rei, quæq; facit rem habere naturam suam, & esse conformem suis principijs; sed veritas cognitionis consequitur dictum, quo rem cognoscimus, facitq; talem dictum esse conformem suis principijs, ergo illa veritas est veritas transcendentalis. Maior patet ex superiori dicti; minor probatur: Illa actus non est verus, nec diceretur habere veritatem cognitionis, nisi esset conformis suis principijs, scilicet, nisi representaret obiectum sicuti est: & ex eo quod representat obiectum, sicuti est, inde fit, ut sit conformis suis principijs, habeatq; quidditatem à natura sua inditatem; v.g. vt illi actus, quo cognoscit hominem, habeat esse secundum suam naturam, debet vere representare naturam humanam: & ex hoc quod representet vere naturam humanam, dicitur habere veritatem cognitionis, ergo veritas cognitionis, quandoquidem per eam actus illi habet esse secundum suam naturam, non erit alia à veritate transcendentali.

*Secondo.*

Probatur secundo. Qualis est veritas consequens entitatem non cognoscitum, talis est veritas consequens entitatem cognoscitum: sed veritas consequens ad entitatem non cognoscitum est transcendentalis, ergo & veritas consequens entitatem cognoscitum erit transcendentalis; quia tam hæc, qua est cognitionis, ponit dictum cognitionis in esse secundum suam naturam, quæm veritas non cognitionis ponit rem non cognoscitentem in esse secundum suam naturam; ergo sicut hæc est transcendentalis, ita & illa.

*Tertio.*

Terrio. Ratio formalis veritatis transcendentalis vbiunque reperitur, ibi debet reperi veritas transcendentalis: sed in veritate cognitionis reperitur formalis ratio veritatis transcendentalis, ergo veritas cognitionis est veritas transcendentalis. Maior patet: minor ostenditur: sicut ideo aurum dicitur esse verum aurum, quia a se sequitur speciem veri auris; ita quia natura orationis & eius finis consistit in significando, vera erit oratio, quæ significat id, quod debet actus, quo cognoscim⁹ res: quia eius natura consistit in attingendo res sicuti sunt; & si attingat res sicuti debet, dicitur verus. Vides ergo quomodo ratio formalis veritatis transcendentalis conuenienter veritati orationis, & veritati cognitionis intellectui.

*Quarto.*

Quario. Sicut loquuntur Metaphysici de uno, ita ceteris paribus, debent loqui de vero: sed tantummodo attribuunt vni vnam generali rationem, nempe (juxta communiorum opinionem) rationem indivisionis, quæ ratio indivisionis conuenient omni enti; licet particulares rationes vni sint diuersæ: ita debet attribui vna generalis formalis ratio veri conuenientis omni enti, ergo eadem veritate actus cognoscitius erit verus, quo alia res: igitur sicut alia res sunt verae veritate transcendentali, ita & actus cognoscitius.

Dixi in Resolutione, nisi connotatiæ; quia veritas cognitionis connotat obiectum ita se habens sicut est, & sicut cognoscitur: at veritas transcendens nihil connotat extrinsecum; illa

tamen connotatio non impedit, quin veritas cognitionis sit veritas transcendentalis.

Obijcies contra secundam resolutionem: Communiter dicitur quod veritas cognitionis & rei ita se habeat, sicut sanitas: sed sanitas non conuenit vniuersalitate animali, & medicinae &c. ergo veritas cognitionis & veritas rei non erunt una; quia non conuenient vniuersalitate.

Respondeo, negando paritatem dicendoq; veritatem esse quid vniuersalum ad veritatem cognitionis, & ad veritatem rei.

Instab. Quod est tantummodo tale in signo, non conuenit vniuersalitate cum eo, quod est tale formaliter, & cum eo quod est tale causaliter: sed veritas orationis est veritas in signo: veritas cognitionis est veritas formaliter, & veritas rei est veritas causaliter, ergo &c.

Respondeo ad maiorem: quod est tale tantum in signo accidentaliter, concedo: at quod est tale in signo essentialiter, nego: quod enim est tale sic, conuenit vniuersalitate cum eo, quod est tale formaliter. Dum autem dicitur, quod veritas rei, sit tantum causaliter veritas, nego: est enim formaliter transcendentaliter veritas. Explico autem quomodo oratio habet veritatem in signo: essentialiter natura orationis est esse signum, dum ergo est tale signum, quale debet esse, tunc debet dici verum: & ob id rationem veri formaliter participat in hoc, quod est tale signum, quale ex natura sua debet esse: pulsus vero non participat sanitatem formaliter, ex eo quod eam significet. Ex quo patet inuiditatis comparationis, quam affuerunt communiter autores de sanitate animalis, pulsis, & medicina, respectu veritatis cognitionis, rei, & orationis.

Obijcit secundo. Aversa citato, contra resolutionem: veritas representativia conuenit cognitioni, quatenus representat obiectum sicuti est, & similiter per ordinem ad obiectum cognitionis: at veritas transcendentalis conuenit omnibus rebus, quatenus cognoscuntur sicuti sunt, & sumitur per ordinem ad intellectum cognoscendum: ex quo appetit maximum discrimen inter vtrahinc veritatem. Confirmat, quia cognitionis falsa in representando est vera transcendentaliter, nam est vere ea reali, & est vere actus intellectus: similiter de propositione vocali, quæ dicitur vera in enunciando, alia est in illa veritas enunciatio, alia entitatio.

Resp. primo negando veritatem rei summi in ordine ad intellectum cognoscendum, hoc patet ex probatione secundæ partis prima resolutionis.

Resp. secundo, et si hoc foret, attamen non desinerent veritas rei & veritas cognitionis esse veritates transcendentales: ratio semper est; quia vtrahinc sequitur entitatem; illa quidem entitatem non cognoscitum, seu non representativiam: at ista entitatem cognitionis seu representativiam. Quod vero illa sit rei ad intellectum, & ista intellectus ad rem extra, non variat rationem veritatis transcendentalis, quia ut dixi, vtrahinc sequitur entitatem sibi proportionatam. Dicere autem quod præter veritatem transcendentalē actus cognoscitius, detur in eodem actu alia veritas, quæ dicatur non transcendentalis, sed veritas cognitionis distincta à transcendentali: hoc videtur inimaginabile & sine fundamento.

*Obijc.  
otij.*

*Responso.*

*Instantia.*

*Ratio.*

*Obijc.  
otij.*

*Resp. primi.*

*Resp. secundæ.*